



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 185. Alii articuli a Posnaniensi Episcopo propositi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1415.

§. CLXXXV.

*Alii articuli a Posnaniensi Episcopo  
propositi.*

Bzov. &  
Spond. an.  
1415.

**H**isce articulis unanimi totius Concilii suffragio confirmatis, alios protulit Posnaniensis Episcopus, quibus ad proximam Sessionem via sternebatur. Petiit ergo I. Pontificis fuga, necnon libera ac certa Concilii continuatio, nil obstante ejusdem absentia, datis ad Reges, Principes & Universitates epistolis significetur. II. Poenæ decernantur in eos, qui spreta prohibitione clam e Concilio discesserunt. III. Sententia a Concilio Romano adversus Joannis Wiclefi doctrinam lata confirmetur, atque ejusdem libri flammis tradantur. IV. In materia fidei & præcipue in causa Joannis Husi Cardinales, & Prælati delegentur Commissarii, eisque adjungantur Theologiæ & Canonum Doctores. Hæ omnes propositiones pariter a Patribus fuerunt approbatæ.

§. CLXXXVI.

*Commissarii ad informanda Judicii  
acta contra Joannem Hussum  
nominati.*

**C**ameracensi & S. Marci Cardinalibus,  
Dolensi Episcopo, & Cisterciensium  
Abbat